



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda Ecclesiae Paderbornensis

Dietrich <Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1602

De casibus reseruatis Reuerendissimo Archiepiscopo.

urn:nbn:de:gbv:23-drucke/s-483a-2f-helmst3

DE CASIBVS RESERVATIS.

Casus referuati dicuntur peccata quædam grauiora & maiora, quæ à Romano Pontifice & Episcopis sanctè & iustè referuâtur, à quibus inferiores absoluere non possunt, & si absoluunt, de facto peccant, & irrita, & nullius momēti est absolutio.

Ratio huius est duplex, vtilitas non minima. Prior, quia hac ratione deterrentur à grauioribus peccatis perpetrandis. Quod enim à quouis absolui potest, facilius committitur. Altera verò, quod maiores & periculosiores morbi referuantur peritioribus medicis.

CASVS RESERVATI REVERENDISSIMO Archiepiscopo.

1. Peccatum Clerici, propter quod incurrit Irregularitatem.
2. Votorum violatio, maximè post votū castitatis matrimonio contracto.
3. Crimen incendiarij.
4. Peccatum omne propter quod solemnispœnitentia indicenda est.
5. Omnis Excommunicatio maior à Reuerendissimo Archiepiscopo, eiusq; Officialibus lato.
6. Susceptio Tonfuræ, vel ordinis alicuius ab alieno Episcopo, sine facultate Reuerendiss. Archiepiscopi, tanquam ordinarij.
7. Homicidium voluntarium, facto, vel præcepto, consensu, consilio, adhortatione, vel quocunq; modo perpe-
tratam.
8. Machinatio proprij, vel propriæ coniugis,
9. Crimen falsariorum, tam monetæ quàm literarum, & instrumentorum publicorum.
10. Violatio Ecclesiasticæ libertatis, vel immunitatis.
11. Sacrilegium, Diuinitio, Incantatio, & similia magica.
12. Ministratio & exsecutio ordinis sacri non suscepti.

13. Celebratio Missæ à non ieiuno, sine vestibus sacris, in altari non consecrato, loco, aut tempore, interdicto, scienter facta.
14. Abusus hostiæ, Chriftatis, Olei sacri vel cuiusvis rei sacratæ.
15. Omnis inhonestas circa Eucharistiæ sacramentum, vel culpa, vel negligentia commissa.
16. Secundarum nuptiarum benedictio.
17. Sepultura Hæreticorum, & publicè excommunicatorum, in loco sacro.
18. Per iurium Clericorum, attactis sanctis Euangelijs.
19. Percussio parentû, vel enormis eis irrogata iniuria.
20. Crimina latrocinantium, & infidantium viatoribus & itinerantibus.
21. Defloratio violenta virginum; & earundem raptus.
22. Matrimonium cum aliquo, vel aliqua in vitam viuente adhuc coniuge.
23. Matrimonium contractum cum illa, quam, viuente marito per adulterium cognouit.
24. Conceptus prolis ex alieno, quem maritus pro suo, nescius, educat.
25. Oppressio prolis studiosa, vel ex negligentia, tam ante partum, quam post patrata.
26. Procuratio sterilitatis, vel abortus.
27. Coitus cum Moniali, vel consanguinea, vel Iudea, & contra.
28. Sodomia, & cum brutis congressio.
29. Commixtio Sacerdotis cum filia sua spiritali, quam scilicet baptizauit, vel cuius confessionem audiuit.
30. Omnis enormis blasphemia in Deum, vel Sanctos.
31. Crimen hæresis, iuxta Consilium Tridentin. sess. 24. cap. 6. de Reformatione.